



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

31. De virtute Ecclesiasticæ excommunicationis, & quomodo Gregorius Magnus mortu[um] absoluit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

466 COLLATION. SACRAR.  
poris intercessit, quum Michaelus Bardas po-  
tentiam reueritus, hominem morte multu-  
rum e medio tollere cogitat. Itaq; Bardas ho-  
mines gladijs instructos contra se pergentes  
tuitus, ad imperatoris se pedes abiicit. Verum  
per eosdem inde abreptus, membratim in-  
sta conciditur: genitalibus hastæ suffixis, &  
publicè populo spectaculi causa exhibitus.  
*Michael Glycas parte 4. Annalium. De vitæ & ob-  
lesiastica excommunicatoinis, & quomoda Grego-  
rius Magnus mortuum absoluit.*

CAP. XXXI.

**Q**uidam, solitariæ vitæ sectator, à Grego-  
rio Papa excommunicatus, vt qui contra  
voluntatem præsidis & præscriptas monachorum  
leges à Gregorio, nonnihil deliquisset, quor-  
undam diebus interiectis vitam cum morte com-  
mutauit. Ea renunciata, magnopere Grego-  
rius indoluit, fratrem illum e vita subdito-  
grasse, sacris adhuc vinculis constrictum, in-  
scriptam in charta precationem, qua morte  
cum hisce verbis tradidit: Abi ad sepulchrum  
fratris illius, & precationem hanc perlegis.  
Quod ubi factū fuisset, monasterij præses  
quietatem fratrem hunc conspicit. Mox eum  
compellans: Tua causa mæsti sumus o fratrem  
ait, quod vinculis sacris ligatus obieris. Quo-  
obrem dic, obsecro, nobis, quonam in statu  
& conditione sis. Tum ille respondens: Res-  
piciam, & ad te revertar.



tera, inquit, o pater, ad hesternum vsque diem  
carcere quodam clausus fui. Verum hodie so-  
lutus ac liber factus sum. Hoc modo cunctis  
innotuit eadem hora, qua diaconus precatio-  
nem illam supra sepulchrum legerat, noua  
& admirabili ratione fratrem istum à sacro  
vinculo fuisse liberatum. De hoc quoque satis  
existimari potest, quanta vis sit eius vinculi,  
quo mortales à sacerdotibus ligantur.

*Michael Glycas parte 4. Annalium. Quidam Eccle-  
siasticus ab Episcopo excommunicatus, cum interea  
pro Christo martyrium subiret, corona & premio  
martyrij ante quam ab ipso Episcopo absolueretur,  
frui non potuit.*

## CAP. XXXII.

**I**n historia Ecclesiastica Philonis philosophi  
reperitur, quodam persecutionum Prisca-  
rum tempore seniori Ecclesiastico ab antistite  
sacris interdictum fuisse. Quum autem senior il-  
le quandam ob causam necessariam aliquod  
profectus esset, accidit ut ab Ethnicis comprehen-  
sus, testimonio suo veritatem obsignaret. Hinc  
templum eo loco conditur, & renoualia pera-  
guntur: quumque antistes hæc verba pronun-  
ciaret, Pax vniuersis: Sandapila templo excep-  
sit, idque non semel, sed bis terue factum. Huic  
per quietem antistiti senior oblatus: Abito, in-  
quit, & episcopo meo sis author, ut huc veniat,  
meque vinculis exsoluat. Nam officio me sa-  
cro exclusit, ideoque sacris interesse vobiscum

A a 7 nequeo.